AVGVSTISSIMO PRINCIPI
D. GASPARI DE GVZMAN
COMITI DE OLIVARES
CANCELLARIO MAGNO, &c.

DON ANTONIVS PEREZ NAVARRETE I. V. D.
Olim vniuerſi Archigymnaſij Bononiẽſis, & inſignis Collegij Hyſpanorum Rector, & Iuris Pont. Primarius Interpres, nunc M. C. V. Neap. Iudex in criminalibus.

S. D. C. D.

QVONAM benigno aſtrorum aſpectu, concurſuq; rerum fortuito quoue ſecúdo meo fato fieri dicam (Excellentiſsime Princeps) vt vno eodemq; tempore quo ego de legibus ſcribo, te ſcribentem iura populis, componentem, & ſancientem leges legislatorem confitear? & quemadmodum Princeps ille luminum reliquorum, Stellis lucem impertit; ita atramenti mei Stillis, ac Stylo tu Sol alter lucem ſplendoremq; impertias. Quamobrem Codex meus fatum florẽtiſsimum agnoſcens ſuum; te Regium Legislatorem, ac Solem

INTERPRETATIO
AC REPETITIO
Cap.ſuper 27.§.porrò de off.ac poteſt. Iud.delegati.

Habita Bononiæ per D. Ant. de Perez Nauarrete I.V.D. &c. die 20. Aprilis 1630.
In oppoſitione ad Cathedram Decretalium.

REPETITIO.

1 C*Elebris eſt hæc decretalis, & ſingularis etiam, quam quatuor partibus explicari commodiſſimè poſſe dijudico. In quarũ prima litera legetur, diuidetur, caſus figurabitur, exornabiturque concluſio ex ea deducenda. In ſecunda, argumenta contra eam proponentur. In tertia, notabilia, & rationes decidendi. In quarta tandem, & vltima, argumentis contra concluſionem adductis fiet ſatis. Qui explicandi ac interpretandi modus elegãtiſſimus eſt, eoq; edocti fuimus apud Oſcenſes in Aragonia, ſeu potius Sertorianos eminentiſſimos Præceptores: quibus ſex ab hinc annis vtebamur, non nunc ſine magna gloria noſtra. A quorum doctrinis, atq; præceptis diſcedēdum minimè arbitramur, ſed in eorũ dictis,*

PERORATIO.

NOn omnia, quæ hìc dicta ſunt, atq; ſcripta, Lector, e Cathedra dictauimus, paucis tamen aditis noſtram in lucem duximus, emittendam exercitationem. Hæc dixi, ne viderer inhumane egiſſe rem meam. Vale.

BONONIAE,
Apud Clementem Ferronium.
M. DC. XXXI.
Superiorum permiſſu.